



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

Molina, Luis de

Lugduni, 1622

Articvlvs III. Vtrum Deus sit. artic. 3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73915)

bitum à creaturis, verè tribuatur natura diuina, siue tam ipsa quam res creata existant, siue omni ca-
reant existentia.

Ad secundum.

Ad secundum concessa maiori, dicendum est, mi-
norem tantum esse veram quando termini, aut
conceptus, quibus idem sibi ipsi tribuitur, sunt sy-
nonymi, veluti quando dicimus homo est homo, aut
Deus est Deus, vel quando, esto termini aut conce-
ptus non sint synonymi, penetratur tamen quid il-
lis significetur: scilicet autem quando synonymi non
sunt, nec penetratur quid illis significetur: tunc ete-
nim ex nostra ignorantia provenire potest, vt
earum rem sibi metipsi tribuamus, & nihilominus
arbitremur vnam cum altera non coherere. Ad il-
lud etiam, quod dicitur, nos non posse cogitare rem
aliquam cum contradictorio essentia: talis rei, di-
cendum est, id quidem esse verum, si illam quiddi-
tate agnoscamus: scilicet autem si conceptu confu-
so, aut minimè quidditatio, tam rem ipsam, quam
contradictorium essentia illius apprehendamus, quo
patet Deum: in hac vita concipimus.

Illud in hoc articulo adiungam. Quum duo ne-
cessaria sint, vt propositio aliqua per se nota sit, ve-
luti primo Posteriorum capite tertio, dicebamus:
vnum, vt ex notitiis extremorum cognosci possit
ea inter se necessariam connexionem habere: alte-
ram verò, vt careat medio ex quo possit à priori,
vt aiunt, demonstrari: planè hæc propositio, Deus est,
qua ratione in hac vita à nobis concipitur, non ex
eo non est per se nota, nobis, quod habeat medium,
etiam quo ad nos, ex quo à priori possit demonst-
rari, verum quod notitia extremorum ita obscura, at-
que imperfecta sunt, vt vi earum non possimus iu-
dicare vnum extremorum ex natura rei alteri con-
uenire. Quare neque per se nota est, neque demon-
strari potest à priori, quicquid Gabriel in 1. distin-
ctione tertia, questione quarta, affirmet, vbi existi-
mat, demonstrari posse à priori per notitiam, quam
de Deo formant Beati.

Verum nec medium illud à nobis adhiberi in de-
monstratione potest, vt patet, neque, si posset, adhi-
beretur causa, aut ratio, ob quam predicatum con-
ueniret subiecto, & subinde demonstratio ipsa non
esset à priori. Quod enim demonstratio, qua ex de-
finitione subiecti demonstramus passionem, sit à
priori, ex eo est, quod definitio significat distinctè
partes subiecti, que sunt re vera causa, ex quarum
coniunctione passio resultat.

ARTICVLVS II.

Verum Deum esse demonstrari possit.

Prima con-
clusio.
Demonstrari
non potest à
priori Deum
esse.

PRIMA conclusio, quam hoc loco Diuus
Thomas innuit, est: A priori demonstrari
non potest, Deum esse. Cuius rei hæc est ratio.
Quoniam esse sit ipsa essentia Dei, &
fundamentum omnium diuinorum attributorum,
planè neque vera causa, neque ratio à priori, etiam
nostro modo intelligendi, excogitari potest, per
quam, Deum esse, demonstretur.

Secunda
conclusio.
A posteriori
potest de-
monstrari.

Secunda conclusio. A posteriori, siue ex effecti-
bus qui à solo Deo possunt produci, demonstrari
potest Deum esse. Hæc communis est, non solum
scholasticorum sed omnium, sed & sanctorum Pa-
trum, Hieronymi, Ambrosij, Anselmi, Bedæ, Atha-
nasilij (si is est eius operis autor) Chrysostomi, Oecu-
menij, Euthymij, & ceterorum expositorum in il-
lum locum Pauli ad Romanos capite primo, quod

Andrum est Dei manifestum est in illis, &c. eiuſdem
Chrysostomi homilia 9. & 10. ad populum Antio-
chenum, Augustini tractatu secundo in Ioannem, &
aliis locis que citat Beda in eundem locum Pauli,
Gregorij in illud Iob 46. omnes homines vident eum,
Damaseni libro primo, fidei orthodoxæ, capite pri-
mo, tertio, & quarto, Dionysij de diuinis nominibus
capite septimo, & aliorum: intelligitur autem idem
notum est, inquit, Dei (id est, quod de Deo inuestiga-
ri potest) manifestum est in illis, Deus enim illis mani-
festauit. Et nõ putamus per Angelos, per Prophe-
tam, aut Euangelistam (vt super Paulum, & homi-
lia 9. supra citata Chrysostomus rectè adnotauit)
subiungit, inuisibilia enim ipsius à creatura mundi, id
est, ab homine, per ea, que facta sunt, intellecta conspi-
ciuntur, sempiterna quoque eius virtus & diuinitas:
hæc autem intellecta conspici non possunt, nisi
Deum esse conspiciatur, quod euidentiam manife-
stè denotat. Probatur deinde ex illo Sapientie 13.
vbi scriptura gentes, que creaturas tanquam Deum
colerunt, increpat, De his, inquit, que videntur bo-
na, non poterunt intelligere eum, qui est, neque operibus
attendentes agnouerunt quis esset artifex. Et infra: A
magnitudine speciei & creaturæ cognoscibiliter poterit
creator horum videri. Idem probatur ex illo Psalmi
18. Celi enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius
annuntiant firmamentum eius: quod testimonium late
prosequitur & explicat Chrysostomus homilia 9.
citata.

B Probatur verò ex eodem testimonio Pauli, Quod
notum est, inquit, Dei (id est, quod de Deo inuestiga-
ri potest) manifestum est in illis, Deus enim illis mani-
festauit. Et nõ putamus per Angelos, per Prophe-
tam, aut Euangelistam (vt super Paulum, & homi-
lia 9. supra citata Chrysostomus rectè adnotauit)
subiungit, inuisibilia enim ipsius à creatura mundi, id
est, ab homine, per ea, que facta sunt, intellecta conspi-
ciuntur, sempiterna quoque eius virtus & diuinitas:
hæc autem intellecta conspici non possunt, nisi
Deum esse conspiciatur, quod euidentiam manife-
stè denotat. Probatur deinde ex illo Sapientie 13.
vbi scriptura gentes, que creaturas tanquam Deum
colerunt, increpat, De his, inquit, que videntur bo-
na, non poterunt intelligere eum, qui est, neque operibus
attendentes agnouerunt quis esset artifex. Et infra: A
magnitudine speciei & creaturæ cognoscibiliter poterit
creator horum videri. Idem probatur ex illo Psalmi
18. Celi enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius
annuntiant firmamentum eius: quod testimonium late
prosequitur & explicat Chrysostomus homilia 9.
citata.

C Ex his patet, non solum temerarium, sed in fide
minimè tutum esse, ne amplius dicam, negare se-
cundam conclusionem propositam: quam tamen
negauit Petrus de Aliaco, & quidam alij, quos su-
preſſo nomine refert D. Thom. 1. contra gentes c. 12.
quod magis de his, que supra citata sunt, dicitur.

In fide non est
tutum negare
demonstrari posse
Deum esse.

ARTICVLVS III.

Verum Deum sit.

CONCLUSIO Diui Thomæ affirmat, estque
non solum de fide, vt patet, ex illo Exodi
3. ego sum, qui sum, & qui est, nisi me ad vos,
atque ex innumeris aliis locis sacre Scripturæ, sed
etiam est fundamentum ceterorum, que de fide te-
nemus. Si namque Deum tollas, cetera, que de fide
creduntur, tollas necesse est.

Conclusio.
Deum esse
est fundamen-
tum om-
nium que fi-
de profite-
mur.

E Circa rationes Diui Thomæ notat Caietanus,
non afferri ad probandum, Deum existere, quate-
nus ens quoddam à concretionem materia, ac muta-
tione liberum est, &c. sed solum ad probandum pre-
dicata quædam, que Deo conueniunt, vt mouens im-
motum, primam causam &c. existere in rerum na-
tura. In progressu namque ostenduntur alia ipsius
Dei attributa, necnon esse vnum tantum, & non plures.
Primam rationem D. Thomæ deduximus latius
8. Physicorum c. 6. quaest. 1. ad mentem Aristotelis.

F Adiciende tamen sunt nonnulla alia rationes,
quibus apertius demonstratur proposita conclusio.
Atque prima sit. Nulla earum specierum, que in
orbem Lunæ continentur, habet esse ex se: ergo ali-
qua causa superior est in rerum natura, à qua pri-
mò esse acceperunt: hæc verò non est corpora cæ-
lestia: ergo est substantia corporis expers, excellen-
tiorisque naturæ. Rursus, vel talis causa ex se ha-
bet esse, vel habet illud acceptum ab alio. Si ex se, ergo
datur substantia corporis expers, que ex se ipsa exi-
stat, quæque causa sit effectrix harum rerum in-
teriorum: hanc verò Deum appellamus: ergo Deus
est.

Deus esse
demonstratur
quatuor effi-
caciſſimis ra-
tionibus.
Tertio prima.

est. Quod si habet esse acceptum ab alio, cum non detur progressus in infinitum: eo quod posteriora esse non habeant, nisi virtute priorum, & tota collectio ex se non sit, sed opus sit ab alio produci si existere debeat, dandum proculdubio erit aliquod primum, quod ceteris emineat, & quod origo sit ceterorum, ipsum vero neque a se ipso producat. (si quidem nihil magis fieri repugnat, inter ea quae nulla ratione esse possunt, quam eandem rem a se produci, ut Augustinus primo de Trinitate cap. 1. & alibi affirmat, ut enim se ipsum produceret, deberet praesentelligi esse, antequam produceretur, atque ita esset, antequam esset, quod contradictionem involuit) neque ab alio, sed ex se necessario sit, hoc autem Deum appellamus: ergo Deus est.

Primum antecedens precedentis argumentationis, nempe nullam earum specierum, quae infra orbem lunae continentur, habere ex se esse, ita probatur. Quoniam nullum individuum earum habet esse ex se: ergo neque species ipsae habebunt. Patet consequentia, quoniam species non habent esse, existentiamve, nisi per sua individua. Quod si quis dicat, licet nullum individuum speciei equorum, verbi gratia, habeat esse ex se, speciem tamen ea ratione habere suapte natura esse a suis individuis, & non ab aliquo alio, quod hic equus productus est ab illo, & ille ab alio, & ita progrediendo in infinitum versus aeternitatem, ita ut neque datus fuerit primus, neque aliquis productus sit a genitore alterius speciei, aut naturae. Quo quidem modo Aristoteles generationes ex aeternitate proculdubio fuisse existimavit. Si quis, inquam, hoc dicat, in primis inaduerat, speciem equi ex se non aliam naturam habere, si modo produceretur, & aliam si produceretur ex aeternitate: at modo, cum ex se non habeat esse, non possit produci, nisi a genitore alterius speciei, aut naturae: ergo cum ex aeternitate ex se etiam non haberet esse, effici non possit nisi a generante alterius naturae. Quare ut capite 8. Physicorum ostendimus, generationes esse non potuerunt ex aeternitate eo modo, quo Aristoteles eas fuisse existimavit. Deinde, cum de tota collectione individuum speciei equorum verè affirmemus, nullum individuum eiusmodi collectionis habere esse, nisi ab alio ei conferatur, extrahaturque de non esse ad esse, quis sibi persuadere poterit, totam collectionem, cuius omnes partes eam habent naturam, seipsam ratione suarum partium extraxisse de non esse ad esse, constituisseque se ipsam in rerum natura? Profecto nullus, qui iudicio valeret, remque attentè consideraverit, id sibi persuadere poterit, sed necessariò cõfitebitur, aliquem alium esse autorem, tam speciei equorum, quam reliquarum rerum, quae infra orbem lunae continentur, qui primò eis contulerit esse: id, quod Aristoteles etiam credit.

Prima consequentia, quod scilicet inde sequatur, aliquam causam superiorem esse in rerum natura, a qua eiusmodi species primò esse acceperint, perspicua est. Danda namque necessariò erit alia causa: & cum illa æquiuoca esse debeat, erit utique superior: siue ea sit vna tantum, siue multiplex: quoniam hac ratione solum probare intendimus, naturam diuinam admittendam esse, nihil interim curando, utrum vna sit, an multiplex.

Minor vterius subsumpta, videlicet, quod ea causa non sit corpus caeleste, probatur. Quoniam orbis caelestes, ut experientia testatur, & philosophi omnes fateantur, vim non habent ad producendum individuum alicuius speciei rerum perfectarum, cuius

generis est homo, equus & similes, si tollas concursum alicuius alterius individui eiusdem speciei.

Secunda vero consequentia, nempe quod inde sequatur, causam illam esse substantiam corporis expertem, probatur. Quoniam, cum in hoc vniuerso non sint alia corpora, praeter corpus caeleste, & ea quae intra orbem lunae continentur, utique si prima causa eorum, quae orbis lunae ambitu continentur, non sit corpus caeleste, erit substantia aliqua excellentioris naturae ac corporis expertis. Reliqua, quae in superioris argumentationis progressu adduntur, satis perspicua sunt.

Secunda ratio precedentem coadiuuans huiusmodi est. Imperfectissima substantiarum omnium tam completarum, quam incompletarum, non habet esse ex se: atqui materia prima caducarum rerum talis est: ergo ea habet esse ab alio: sed non aliter, quam per creationem: ponenda igitur est causa, quae materiam creauerit, atque adeò constituenta est aliqua substantia corporis expertis habens esse ex se, quam Deum appellamus.

Maiores propositio, quod imperfectissima substantiarum omnium non habet esse ex se, videtur notissima. Quoniam cum perfectius sit habere esse ex se, quam habere illud acceptum ab alio, imò id proprium sit primae causae, a qua cetera emanant, inest perfectissimum esse affirmare, imperfectissimum omnium substantiarum habere esse ex se, quandoquidem probatum est, cetera lunari orbe contenta, tam completa, quam incompleta, ab alio quodam effectuore suum esse accepisse.

Minor, quod scilicet materia prima imperfectissima sit omnium substantiarum, etiam incompletarum, similiter perspicua est, & ab omnibus concessa, est enim pura potentia, & ut Augustinus 1. 2. Confessionum c. 6. & 7. ait, est prae se habens quod ad suum esse a forma, per quam determinatur ad perfectionem, & esse rerum completarum. Consequentia prima, quod scilicet inde sequatur habere esse ab alio quodam effectuore, probatione non indiget.

Minor vterius subsumpta, videlicet quod non habeat esse nisi per creationem, ex eo ostenditur necessariò, quoniam effici debet nullo praesupposito subiecto, eo quod nullum detur subiectum prius illa, atque adeò fieri debet ex nihilo, ac proinde per creationem. Cum vero materia prima sine forma naturaliter existere nequeat, rectè sequitur, species rerum caducarum, vel omnes, vel saltem aliquas accepisse esse per creationem, materiamque concreatam fuisse simul cum illis, neque aliter primò produci potuisse, (modo naturali ordine producerentur) quam per creationem. Quod si quis responderet, materiam primam diuina virtute productam fuisse sine formis, deinde ea praesupposita, species rerum fuisse productas, iam, vellet, nollet, diuinam naturam assereret, quod probare contendimus. Secunda consequentia manifesta est.

Vltima probatur, in primis quo ad priorem partem qua colligebatur, causam materiam creatricem esse corporis expertem. Primum quoniam nullum corpus suapte natura creare potest: inde enim emanauit axioma illud inter philosophos omnes naturales receptissimum, cuius Aristoteles meminit primo Physicorum, *ex nihilo nihil fit*. Respondentes namque ad sola corpora & agentia naturalia, axioma illud, ut rem notissimam statuerunt. Imò D. Thomas potentiam infinitam necessariam esse ad creationem existimat, neque a causa prima adhibito instrumento creationem posse attingi, sed per se ipsam immediatè, quicquid creat, efficere: eo

Secunda ratio. Materia prima creaturam esse a Deo demonstratur.

Generatio rerum esse non potest, nisi ex aeternitate, eo modo quo Aristoteles existimauit.

Specter aliquas rerum caducarum productas fuisse a Deo per creationem probatur.

Creatio a corpore emanare nequit.

quod causa secunda ad eum modum agendi euehi, etiam diuina potestate, non possit, & quicquam agat, nisi actioni praesupponatur subiectum, qua de re alio loco disputandum est. Potest etiam ex eo probari corpus creare non posse, quoniam corpora non attingunt substantiae productionem, nisi medijs accidentibus prius productis: non possunt autem produci accidentia nisi in subiecto: ergo corpora nihil possunt efficere, nisi in supposito subiecto, ac proinde creare non possunt. Si ergo datur causa quae materia efficiat, & corpus esse nequit, ut ostensum est, secte sequitur, esse substantiam corporis ordinem experitem. Secundo, causa illa creauit totam materiam rerum caducarum, & non partem mediante alia parte, maxime cum materia prima nullius sit actiuitatis: ergo omnes partes immediate & creauit, & creatas conseruat, atque adeo necessario debet esse praesens secundum suam substantiam singulis partibus materiae. Probatur haec vltima illatio (caetera namque non egent probatione) quoniam cum nihil agat in rem loco distantem quin prius agat in propinquam, cuius interuenu in rem distantem suam actionem transmittat, plane quaecumque causa efficiens, si proxima & immediata est suo effectui, praesens, & ab eo minime distans esse debet. Ex his sane constat, bene deduci consequentiam illam, datur causa, quae materiae rerum inferiorum contulit esse per creationem, ergo illa est substantia corporis expers: alioquin duae substantiae corporeae, atque ad id duo corpora ad praedicamentum quantitatis pertinentia, sese mutuo penetrarent in toto spatio, quod infra orbem lunae continetur, quod nullus admitteret. Adde, quod nemo designare posset, quodnam esset illud aliud corpus, quod cum corporibus, quae intra orbem lunae continentur, penetrariue esse defenderet.

Caelestia corpora a Deo fuisse creata demonstratur. Deum agere per intellectum & voluntatem, liberisque arbitrio pollere demonstratur.

Si vero ab aliquo vno effectore res caducae effectae sunt, ut ostendimus, ab eodem quoque effecta fuisse corpora caelestia fatendum necessarium erit: quod ita ostendi potest. In primis pono effectorem rerum caducarum eas produxisse non solum per intellectum & voluntatem, sed etiam liberè. Id quod eo facile patet, quod inter eas hominem libero arbitrio praeditum produxerit, cui conferre non potuit liberi arbitrii perfectionem, quin altius & perfectius ipse quoque hominis effector illi haberet: praesertim cum arbitrii libertas perfectio sit simpliciter: quippe cum unicuique qua ratione ens est, melius sit, eam habere, quam non habere, absurdumque sit primam causam carere perfectione aliqua huius generis, quam suis effectis tribuere valeat. Quo fit, ut effector rerum caducarum eas per intellectum & voluntatem, liberèque produxerit. Quo posito, in hunc modum ostendo principale institutum. Cum effector rerum caducarum liberè eas produxerit, potuit sane eas non producere, si veller: si ergo quis dicat orbis caelestes non fuisse effectos ab eadem causa, è qua res caducae productae sunt, fateatur necesse est, re ipsa aliquando fuisse, aut saltem esse potuisse vtrumque intra orbem lunae, veller, nollet, causa, quae orbis produxit, eo ipso quod causa rerum caducarum eas intra orbem lunae non produceret, aut non veller produceret: cum ergo sublato miraculo, omnino naturali rerum ordini ac conseruatione repugnet vacuum, ut non solum experientia, sed recta ratio praescribit, consequens est, ut, nisi lumine rationis naturali repugnare velimus, negare nemo possit dari substantiam quandam corporis experitem quae auctor atque opifex totius vniuersi, quo ad supera atque infera corpora, constitui debeat.

A Probanda deinde restat posterior pars vltima consequentia, nimirum quod sequatur, praedictam causam ex sese habere esse. Quoniam si ea substantia non haberet esse ex se, vtiq; haberet esse ab alio: & cum non detur processus in infinitum, nec corpus productionem spiritus possit attingere, tandem deueniendum esset ad substantiam corpoream carentem, habentem esse ex se, quae reliquorum esset causa, fons & origo, caeteraque proinde in se contineret eminenter, quam Deum optimum & maximum appellamus.

Deum habere esse à se demonstratur.

B Tertia ratio est. Animus rationalis est immortalis, existitque independenter à materia, ut colligitur ex modo operandi ipsius, quod fusiùs ostendimus 3. libro de Anima: ergo producit independenter à materia, atque adeo per creationem. Cum ergo nullum corpus vim habere possit creandi, admittenda erit substantia spiritualis, quae ex se habeat esse, praesensque sit is rebus inferioribus, animosque hominum ex nihilo creatos corporibus infundant: hanc autem Deum appellamus: ergo Deus est. Primum antecedens supponimus ex dictis 3. libro de Anima. Prima consequentia patet; secunda vero eodem modo probari potest, quo alia similis in precedente ratione ostensa fuit. Quod igitur hac ratione contendimus, est, quam efficaciter ac euidenter probatur, rationalem animum immortalem esse, productumque per creationem, tam efficaciter & euidenter Deum esse ex eodem capite concludi.

Ratio tertia. Ex productione animi rationalis Deum esse demonstratur.

C Quarta ratio sumi potest à gubernatione & iudicia diuina, quae in rebus creatis, totoque vniuerso maxime elucet, ostenditque non solum Deum esse, sed & esse potentissimum, ac sapientissimum, agereque per intellectum & voluntatem. Ea autem eiusmodi est. Entia omnia naturalia agunt propter finem, & non solum singula agunt propter finem, sed si consideres vniuersitatem corporum, ex quibus mundi huius machina coalescit, inuenies ea tam coordinata, accommodata, consentientia, & subordinata inter se, ut necias quid mireris, magnitudinemque, ac pulchritudinem vniuersi, multitudinem, varietatem, ac vires rerum quibus constat, an ordinem, consensionem, & concentum, quem eadem ipsae res inter sese identidem conseruant, ac retinent. Inuenies praeterea singula, partisque eterogenas singularum, tam bene accommodatas ad suos fines, ac tam apte dispositas ad finem vniuersi, interdum etiam praeter naturam alicuius partis propter bonum communius, ut nihil amplius à sapientissimo artifice in natura, totoque vniuerso desiderari posse videatur: at haec omnia esse nequeunt, nisi detur aliqua causa agens per intellectum & voluntatem; à qua tum res, quae cognitione aut ratione carent, tum etiam, quae intellectu praeditae sunt, quo ad potentias, & operationes, quae facultati liberi arbitrii non subsunt, ea ratione in suos fines dirigantur, quod ab ea esse, & vires ad operandum accipiant, & nisi detur causa supra totum vniuersum, quae potentissima, ac sapientissima sit, & vbiq; praesens, atque adeo corporis expers, quae tandem ex se sit, & à qua totum vniuersum conditum sit, regatur, & gubernetur: cum ergo hanc Deum appellamus efficiat institutum.

Quarta ratio sumi potest à gubernatione & iudicia diuina, quae in rebus creatis, totoque vniuerso maxime elucet, ostenditque non solum Deum esse, sed & esse potentissimum, ac sapientissimum, agereque per intellectum & voluntatem.

D In probationem maioris, dicendum erat in primis de magnitudine vniuersi, celeritateque primi mobilis, ex magnitudine ambitus totius terrae, quasi quibusdam gradibus conscendendo per orbis omnes, quibus constat hoc vniuersum, usque ad supremum, cuius tanta comperitur magnitudo atque celeritas, dum minori temporis spatio, quam viginti quatuor horarum

Magnitudo vniuersi & celeritas primi mobilis demonstratur.

horarum integrum circulum conficit, vt mens humana succumbere videatur, neque magnitudinem tantam ac celeritatem comprehendere valeat, rapia- tuncque in admirationem conditoris, qui tantam mo- dū effecerit, cuius nutu Angelus eandem machi- nam tanta tamque mirabili celeritate conuertat.

Dicendum erat deinde de multitudine rerum, ex quibus constat hoc vniuersum, atque admiran- dis earum viribus distinguendūque erant sex gradus rerum, simulque multitudo ac vires cuiusque gra- dus erant explicandi.

In primo enim gradu sunt corpora simplicia, ex quibus vniuersum hoc, tanquam domus in qua reli- qua contineantur, & velut theatrum in quo caetera proponantur, integratur ac coalescit. Dicendumque erat de viribus caelorum, quibus in hac inferiora agunt, atque de viribus elementorum, quibus se- miro ordine tuentur, ad suaque naturalia loca fe- runtur, & multa alia efficiunt.

In secundo gradu sunt mixta imperfecta, quae ex halitu terrae & aquae vi astrorum extracto generan- tur, cuius generis sunt, venti, pluuia, caeteraque om- nia, de quibus in libris Meteororum. Inter stupēdas verō alias eorum vires, enumerantur vis fulminum, ac tenuissima exhalationis, quae terrae motus est cau- sa, quibus similis etiam est ea vis, quae corporibus omnibus indita fuit ad impediendum vacuum, quam nulla vis, quantumuis magna superare valet.

In tertio gradu sunt ea mixta perfecta, quae vita- carent, quorum specifica multitudo, ac vires variae ante oculos mentis erant vtrumque collocaēda.

In quarto gradu sunt plantae, quarum pesi- liores vires, tum ad morbos pellendos, tum ad varios vsus, ac penē infinita multitudo specierum, quae in variis orbis partibus procreantur, erat etiam vtrumque in summa proponenda atque explicanda.

In quinto sunt animalia ratione carentia quorum tam diuersorum generum multitudinem, nemo est, qui non admiretur, si tam volatilia, quam terreftria, & quae in aquis degunt, mente collustret, simulque expendat penē infinitam multitudinem specierum cuiusque horum trium generū, quae variis in regio- nibus, terra, mari, atque fluminibus gignuntur. Prae- ter vires autem illis cum hominibus communes, ali- quid etiam summam perstringendum erat de variis instinctibus, ac peculiaribus illorū facultatibus.

In sexto denique ac supremo gradu homo est, cuius vires propriae sunt intellectus & voluntas. Harum tanta est excellentia supra facultates omnes alias rerum corporearum, vt ratione earum ad ima- ginem similitudinēque sui conditoris dicatur effe- ctus, sitque liberi arbitrii, & suarum actionum Dominus, virtutisque, meriti, laudis, beatitudinis, ac praemij capax. Vnde Damascenus 2. lib. fidei ortho- doxae cap. 1. 2. ait, his verbis, Ad imaginem Dei, vis in- telligendi, arbitriique libertas intelligitur.

Ex duobus verō inter alia naturalis vis, atque praestantia intellectus maximē elucet. Primum est, quod tam multa, siue vniuersalia, siue singularia, simplici apprehensione valet concipere, eaque inter se conferre, componere atque diuidere, supraque suas operationes reflectendo, quid verum, quid fal- sum sit, in iis, quae composuit, aut diuisit, diiudicare. Ex iis verō quae vera esse cognouit, quid rectē, aut non rectē, colligatur inquirere & iudicare, eaque ratione ex notis in eorum, quae sibi ignota erat, cog- nitionem discursu coniecturisque deuenire, alia- que similia praestare, quibus opulentissimum, ac no- bilissimum scientiarū atque artium comparat the- saurum, atque ex iis quae sub sensum cadunt, noti-

tiam eorum, quae materia caret, a sensibusque remo- ta sunt, cognoscendo assequitur. Quae omnia obire nulla ratione posset, nisi vis spiritualis esset à cor- pore, quo ad suum esse, minimē dependens.

Secundum est, posse infinitarum prope rerum imagines eo ordine in se ipso dispositas conferuare, & eisdem ita in cognoscendo vti, vt non solum in ipsarum rerum absentia cuiuslibet recordari possit, sed etiam pro arbitrio longissimas orationes, non perturbato verborum ordine, memoriter summa promptitudine recitare, vt experientia quotidiana testatur. Est verō thesaurus hic, tum memoriae intel- lectiue, tum etiam sensitiue, quae, propter con- iunctionem cum ratione, praestantior est in homine, quam in caeteris animalibus, res tanta ac tam stupa- da, vt inter res, in quibus maximē diuina potentia ac sapientia fulget, merito sit computanda. Augusti- num lege 10. confessionum à cap. 8. vsque ad 11. la- tē vim memoriae expendentem, eamque, vt par est, demerentem, atque extollentem.

Nobilitas verō voluntatis vel in eo maximē splen- det, quod ea sola praedita sit libertate, moueaturque caeteras potentias, quae in homine libero arbitrio subditae sunt. Quod fit, vt meritum aut demeritum in ea sola formaliter constitutum sit.

Caterum quamuis intellectus & voluntas vires spirituales sint, minimēque à corpore quo ad suum esse dependant, intellectus tamen ministerio phan- tasmatum indiget, vt ad suam naturam accommo- datius, meliusque res percipiat. Quae de causa neces- sarium fuit, animum hominis corpori vniri, homi- nique vires omnes eadem cum animalibus & plan- tis communes tribui. Propter intellectum namque necessarium fuit, vires sensitiuas internas illi tribui: propter internas necessarium fuit, vt illi tribueren- tur sensitiue externa: propter vtrāque, & propter appetentes, ac loco mouentem, de quibus statim erit sermo, opus fuit, vt vis quaedam illi conferre- tur, quam medici vitalem appellant.

Quo loco animaduertendum est, tam facultates sentiendi internas & externas, quam appetendi & loco mouendi, animales dici, indigerēque ad suas operationes spiritibus quibusdam, qui animales etiam, siue sensitiui appellantur. Ij verō ex vitalibus generantur in cerebro, indeque per nervos, quia cerebro tamquam ab eodem principio, & radice de- riuantur, per totum corpus, & ad organa harum omnium potentiarum transmittuntur, vt illorum interuentu operationes animales fiant. Vt ergo spi- ritus vitales essent, ex quibus sensitiui generaren- tur in cerebro, collata fuit homini vis vitalis, sic dic- ta, quod fons, atque principium sit vitae propriae animalis, ac velut fundamentum operationum om- nium, quae peculiari nomine animales dicuntur, quales sunt cognitiones, omnes, & quae cognitio- nem sequuntur, & ab ea pendunt, cuiusmodi sunt functiones virium appetentium, & loco mouentis, quae omnes rationem spontaneae motionis, vesti- giūque libertatis participant, quatenus suo etiam modo vestigiū libertatis inest appetitiui sensitiui, à quo potentiae cognoscentes & loco mouentes ap- plicari solent ad operandum, & ab operatione retra- hi, quod alienum est à vitali vi, quae non sponte, sed merē naturaliter operatur.

Vitalis vis in corde residet, vbi est fons praeci- pui & maximus caloris natiui, ab ea verō spiritus vitales ac ratione in corde generantur. A vena ca- ua deriuatur ramus quidam in dextrum ventricu- lum cordis, quo sanguis in cor inquit: cor verō per- petuo mouetur motu dilationis, & contractionis.

Memoria ad- miranda vim

Voluntas nobilitas ex libertate splendet maxime.

Animus hu- manus propter vires sensientes quibus ad intelligendum indiget, vniri est corpo- ri, collataque sunt homini caetera vitalis corporis vires.

Sentiendi, appetendi, & loco mouendi vires animales dicuntur, indigentque animalibus seu sensitiuis spiritibus ad suas opera- tiones. Spiritus sensitiui seu ani- males ex vitalibus genera- tur in ce- rebro. Vitalis vis quid est quae distincta à viribus ani- malibus.

Vitalis vis in corde residet. Vitales spiri- tus quae ra- tione gene- rantur. Cordis vtri- culi dexter & sinister.

Corporum rerum sex gradus.

Gradus pri- mus.

Gradus se- cundus. Via fulminum exhalationis qua terra motus sunt causa, & corpus omnibus ad impediendum vacuum.

Gradus ter- tius.

Gradus quartus.

Gradus quintus.

Gradus sex- tus. Intellectus & voluntas excellentia.

Duo gra- dus alia ex quibus vis & profectio intellectus maxime elucet.

Dum ergo dilatatur, ventriculus ipsius dexter repletur sanguine: eoque ibi efferefcere, partes teniores sanguinis percollantur in sinistram, per membranulam quandam inter utrumque ventriculum interiectam, vbi amplius calore finitri ventriculi acuntur & perficiuntur: sanguis ergo ita percollatus, & in vtroque ventriculo efferefcens, maximè tenuis, calidus, ac spirituosus, alteriusque colopis à reliquo sanguine iam effectus, à medicis spiritus vitalis appellatur: is verò quo ad perfectionem & naturam rectè cum vino liquato (aquam ardentem vulgus vocat) comparari potest: similem namque tenuitatis efficacique proportionem ad naturalem sanguinis substantiam habere videtur, ac vinum liquatum habet ad vinum ipsum naturale: vnde liqvarorio ahenò vi ignis exhalari consuevit.

Arteria à sinistro ventriculo cordis originem trahunt, motuque contractione eius ventriculi, spiritus vitales per arterias diffunduntur per totum corpus animalis. Pulsus arteriarum qui tactu in animalibus percipitur unde resultat. Respiratio & exspiratio necessaria. Nutritiva vis, qua à medicis naturalis dicitur, cur animalibus data sit, & de partibus & instrumentis illius. Appetendi facultates cur animalibus collata.

Porrò quando rursus cor motu contractionis mouetur, spiritus ita generati à sinistro ventriculo, per arterias ab eo originem trahentes, ac per totum corpus deriuatas, emittuntur, atque diffunduntur, vt in singulis membris vitam tueantur, maxima vera eorum copia cerebrum petit, vt inde spiritus animales ac sensitiui generentur. Ex dilatatione verò & contractione cordis, emissionèque spirituum vitalium resultat motus pulsationis arteriarum, qui tactu deprehenditur in variis corporis partibus, indicatque prosperane, an aduersa sit valetudo animalis. Propter nimium verò feruorem cordis, necessaria est continua refrigeratio per respirationem & expirationem aeris, qui pulmonibus attrahitur.

Propter vim vitalem, atque adeò propter reliquas enumeratas, atque vt in corpore instauraretur, quod continuo necesse est consumi actione calorìs natiui, collata est homini vis nutriendi, quæ licet inter vitales potentias (sumpta vita latè) connumeretur, à medicis tamen vis naturalis appellatur. Porrò, vt tales spiritus vitales, & sensitiui generentur, quales ad operationes animales necessarii sunt, non qualemque nutrimentum, sed selectum, multique modis prius præparatum, decoctum, ac defecatum necessarium est: quæ de causa necessarium quoque fuit, tot instrumenta, ac vires illi coniungi, quibus alimentum tereretur, concoqueretur, defecaretur, attraheretur, in utilibus & impuris partibus expulsi.

Facultates appetendi, & loco mouendi propter vires, de quibus hæcenus factum est, ideo collatae sunt homini, ceterisque animalibus, vt quæ conuenientia sunt, prosequantur, querant, præparent atque operentur, quæ verò noxia sunt, fugiant, declinent, atque propulsent, atque ad alios similes vsus.

Viros etiam cognoscentes vicissim ad appetendi ac loco mouendi facultates suapte natura ordinantur, quibus obiecta ostendunt, easque ea ratione ad suas operationes excitant, ad quas etiam tam vitales, quam nutriendi facultates, vt supra explicatum est, ordinantur: quare hæc omnes potentie vicariam operam sibi præstât, atque ad se inuicem tantquam ad fines ordinantur: tametsi quæ perfectiores ac superiores sunt, inferiorum potiùs fines dicenda sint.

Viros appetendi, quæ mirabili quodam modo ex cognitione excitantur, variòsque passionum motus, modò tristes, modò lætos, ac incundos habent, in irascibilem & concupiscibilem distribuunt, earum verò imperio motus animales sunt.

Facultas loco mouendi præntia cognitione, atque ad imperium appetitus sensitiui, suos actus tanta promptitudine elicit, vt teste Augustino 8. confessionum c. 9. vix à sensu discernatur imperium, atque tam occulto modo, vt neque homo ipse, qui

Cognoscentes appetentes, vitales ac nutritiuæ vires ad se inuicem ordinantur. Facultas loco mouendi præntia cognitione ad imperium appeti-

A imperio simul voluntatis, atque appetitus sensitiui membra in quacumque partem mouet, modum, quo id efficiat, satis percipiat. Licet autem in homine appetendi vis, quo ad alios suos actus sapè voluntati plenè non pareat, quoad illud tamen imperium, quo motum animale membris imperat, voluntati omnino obtemperat, neque in bestis quo ad alios actus plus cernitur vestigium libertatis in appetitu sensitiuæ, quam ad imperandum motum localem animale. Ab eiusmodi vi loco motrice proueniunt, tam motus pulmonum, quo aër respiratione attractus ad arteriam vocalem percutitur, quam lingue, labiorum, aliorumque instrumentorù, quibus efformantur varij modi vocum, vnde vterius resultat, sermo oris, voces animalium, modulationes, & cantus tam hominum, quam cæterorum animalium. Ab eadem vi mouentur oculi in varias partes, clauduntur & aperiantur palpebre, mouentur instrumenta oris ad comedendum & deglutendum cibum & potum, digiti, manus, brachia, & alia membra ad scribendum, pingendum, cæteraque efficienda, quæ motu animali tam arte, quam sine arte sponte sunt. Ab eadem emanant varij motus progressionis, tam piscium, & volatiliù, quam animalium terrestrium, suntque admiranda instrumenta à natura in corpore humano, aliorumque animalium ad varios motus animales exequendos.

C Viros enumeratas accipiunt homo & reliqua animalia ad proprium suum commodum, ac suæ indiuiduæ naturæ conseruationem. Ad conseruationem verò ac bonum totius speciei, accipiunt admirandam, multiplicemque vim gignendi sibi simile ex semine pro animalium diueritate: quædam ouipara sunt, ex ouisque sibi familia producunt, alia verò variis alijs modis suos fetus procreant, atque ad debitum statum perducunt. Porrò hæc vis est, quæ incredibili, ac penè diuino artificio totam structuram & fabricam corporis animalis efficit. Quis enim non miretur, quòd eam vim femini imprimat, quæ tantam diuersitatem distinctionemque membrorum atque articularum operetur, tot quasi diuisiones eorum, tot commissuras ac figuras ossium, tot colligationes eorum, tot neruos, tot venas, tot arterias, tot foramina, & plerique alia, quæ in corpore animalis perfecte, maxime humano, conspiciuntur: cum tamen semen ipsum res adeò imperfecta sit, eiusque omnes partes eiusdem penitus rationis ac naturæ existant, profectò hæc in re adeò perspicuè sapientia & potentia conditoris splendet, vt non defuerint viri ingenio præstantes, qui tantum effectum admirati, affirmauerint, non esse istud femini, vel cuius alteri causæ secundæ tribuendum, sed Deo solùm præsentem tamen semine, quasi conditione quadam, siue pacto cum natura inito. At in primis qui id diceret, consisteret sanè Deum esse, quod comprobare contendimus.

D Deinde posse Deum causis secundis talem ac tantam vim conferre, plus extollit ipsius potentiam, quam si solus eum effectum operetur. Præterea, minimè decens est, Deum quasi fingere, quòd res creatæ effectus gignant, quos reuera non gignunt: fingit verò, si ad earum præsentiam solus ipse operatur, rebus ipsis, quæ videntur agere, reuera nihil operantibus. Dicendum præterea tunc esset, nec animal, quod semen præbuit ad generationem, esse patrem, nec quod ex semine ortum esset, verè filium appellari posse. Adde, neque reddi tunc posse causam, quare inter femina animalia ve eiusdem speciei, quædam potentia, quædam in potentia ad generandum comperiantur, nisi solam voluntatem Dei, qui

E **F** **Semen est quod efficiat fabricam corporis animalis, quod generatur, & non solus Deus præsentem semine.**

vis sensitiui adiuuanda promptitudine exerceat suos actus. Appetitus sensitiuus in homine licet quo ad alios actus sapè voluntati plenè non pareat, quoad imperium voluntatis omnino obtemperat. Appetitus sensitiuus in bestis quo ad nullum actum participat magis vestigium libertatis, quàm quoad imperium quod membris motum animalis imperat, omnino obtemperat. Loco motrice facultatis multiplicis & admirandi effectus, Gignendi vis admiranda ac multiplex ad speciem conseruationem collata. Gignendi vis in fabrica corporis animalis, quam producit, elucet maxime. Humani corporis admiranda fabrica.

praesente vno, vellet operari, no vero, praesente alio: quod tamen in philosophia ridiculum est, in qua legitime huiusce rei causa redduntur.

Deinde tertio loco, in probatione eiusdem maioris dicendum erat, tum de admiranda pulchritudine vniuersi & partium eius, quae corporeis oculis conspicitur, tum etiam de ea quae comparatione tantum intellectus pulchritudo dicitur, quaeque in perfectione ac bonitate entitativa totius vniuersi & singularum partium, atque in dispositione ac ordine earum inter se, & ad suos fines posita est, quod infra q. 4. & 5. erit manifestum. Hanc autem Scriptura sacra Genes. 1. & 2. illis verbis complexa est. *Spituv perfecti sunt caeli & terra, & omnis ornatu eorum, videlicet Dem cuncta quae fecerat, & erant valde bona.*

Quarto & postremo loco, quoniam a fine ratio horum, quae sunt ad finem sumenda est, maiorque mundus propter minorem, hoc est, propter hominem conditus est, a minori mundo initium sumendo, ostendendum erat, etiam minutissima quaeque in vtroque mundo esse propter finem, tam apposita & accommodata ad suos fines, vt nihil amplius a sapientissimo artifice desiderari poterit, atque adeo naturam, causam omnes secundas, quo ad actiones, quae libertate carent, agere propter finem. Eo autem ostenso, continuo mirabilis ordo vniuersi, & partium eius, tum ad suos particulares fines, tum etiam ad finem totius vniuersi elucet.

At vero in homine omnia esse propter finem haec ratione explanandum, atque demonstrandum erat. Animus hominis est propter nobilissimas suas operationes intellectus, & voluntatis, quibus virtutis, laudis & praemij, cognitionis rerum humanarum, ac diuinarum capax est, atque adeo beatitudinis tam actiuae, quam contemplatiuae, quae cumque tandem ea sit, quae omnia ex iis, quae supra explicauimus, factis manifesta sunt. Vnde consequens est, animum nostrum suapte natura esse propter suam beatitudinem, vel huius vitae, vel etiam futurae, si quae ei naturaliter esset proposita, & multo magis propter supernaturalem, si gratia supernaturalis etiam beatitudinis conditus sit. Cum vero corpore indigeat, si non vt sit, certe vt melius, accommodatiusque ad suam naturam operetur, vt supra explicatum est, corpori fuit vnitus in ministerium suarum operationum. Quare corpus est gratia animi, & non e contrario, animusque perinde finis est corporis. Quoniam vero ex animo & corpore fit vnus per se, genitus ex vtroque fuit homo, qui tamquam suppositum, propter easdem operationes proprias animi, atque adeo propter beatitudinem actiuaem, & contemplatiuaem conditus est.

Ex dictis satis patet, vires in corpore humano residentes, supraque enumeratas, ita inter se esse affectas, vt quaedam sint propter alias, omnes tamen tandem sint propter intellectum & voluntatem, vt operationibus suis operationes intellectus & voluntatis mediatae vel immediate iuuent, eisque inferuiant. Sola vi generante excepta, quae in propagationem individuorum, conseruationemque speciei ordinatur. Quo fit, vt tam potentia omnes hominis, quam operationes earum sint propter finem.

Quoniam vero corpus fabricatum fuit vt vires ipsa postulabant, atque vt esset aptum instrumentum operationum earum: ex singulis viribus & operationibus earum demonstrandum esset, etiam minutissima quaeque in corpore humano ita esse propter finem, vt nihil amplius a sapientissimo artifice vel effici, vel excogitari poterit, nihilque in tam

A multiplici fabrica humana repositi, quod vel superfluum sit, vel diminutum, vel de quo quis dicere possit, has vel illa ratione melius effici potuisse: quin potius, si quoquo modo aliquid ab ordine rebus indito aliquando deuiat, statim vitiosum, minusque aptum, aut omnino ineptum comperitur. Merito ergo Regius Propheta. Psal. 138. rem tantam admiratus, quam non nisi infinita sapientia, atque potentia efficere poterit, exclamans ait, *Mirabilis facta scientia tua ex me, confortata est, & non patero ad eam.* Praeter Aristotelem de partibus animalium, & alios autores, lege atreum opus Galeni de vsu partium, vbi totam fabricam corporis humani late explicat, singulorumque rationem copiose reddit.

B Hac eadem aere in reliquis animantibus & plantis facile erat ostendere vires, quas cum hominibus communes habent, omnes esse propter finem. Ex viribus vero, facile erat ostendere, totam eorum ipsorum fabricam esse etiam propter finem. Maxime si fines particulares singulorum, quorum gratia propter hominem condita sunt, variaque genera animalium, elementaque diuersa, in quibus, iuxta propriam cuiusque naturam degere debebant, ante oculos haberentur. Inde enim tamquam ex fine, diuersae figurae, variaque instrumenta ad motum in volatilibus, animalibus terrestribus, atque in iis, quae in aquis degunt, originem habent: omnia tamen accommodatissima ad suos fines reperiuntur.

C Simili modo ex homine progrediendum erat ad demonstrandum omnia, quae in isto mundo continentur, esse etiam propter finem. Vt vero summatim rationem & viam quaedam demonstrandum erat, ante oculos proponamus. Si rem diligenter attendas, inuenies mixta omnia perfecta, siue vita careant, siue viuencia sint, non esse aliud, quam copiosissimam quamdam suppellectilem, tum ad alios vsus homini necessarios, tum ad animi oblectationem a Deo preparatam. Ex commoditatibus vero, & utilitatibus, quas mediatae vel immediate homini afferre solent, facile erat ostendere, singula esse propter finem. Si praeterea admixta imperfecta, hoc est, vgetos, pluuias, &c. respicias, inuenias res esse omnino necessarias, tum ad procreationem eorum quae in terra gignuntur, hominique necessaria sunt, tum etiam ad aetris temperiem, puritatem, ac salubritatem, atque vt mortales in Dei admirationem & cognitionem excitarent. Vnde merito D. Paulus Act. cap. 14. imbrem certis quibusdam temporibus e caelo effluentem, vt testimonium certum protulit, quo gentes possent in Dei veri cognitionem peruenire. *Deus, inquit, in praeteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas. Et quidem non sine testimonio semetipsum reliquit, beneficiens de caelo, dans pluuias, & tempora fructifera, &c.* Denique si ad reliqua corpora, quae simplicia sunt, animaduertas, inuenies, non esse aliud, quam capacissimam ac pulcherrimam domum, homini omni suppellectili ad humanos vsus necessaria ornatam, mirabili, & natura, & varietate partium, admirando quodam ordine, accommodatissime fabricatam, cuius pauillentum, hoc est, terra, supra id quod postulat ipsius naturae, ad habitationem & procreationem multarum rerum eminentius aquis est collocatum. Tam vero tectum variis syderibus, mira pulchritudine fulgens totam hanc domum illustrat, atque pulchritudinem illius ostendit, variisque motibus tum aliorum astrorum, tum potissimum solis (qui, ne nimium ab his rebus inferioribus remotus esset, in quarto orbe est collocatus) in causa est admirande vicissitudinis

D 4 dicum

F

Vniuersi a mirabilibus pulchritudinibus

Minutissima quaeque sunt in minori mundo, sunt propter finem.

In homine omnia esse propter finem, quae arte erant demonstrandum.

Corpus in homine gratia animi, & non animus gratia corporis.

Potentia in corpore humanae residentis, vt quaedam sint propter alias, & omnes propter intellectum & voluntatem.

Fabrica corporis humanae in ratio vnde sumenda.

Ratio fabrica corporum ceterorum animalium vnde sumenda.

In mundo omnia esse propter finem, vnde demonstrandum.

WILHELMINA DENIL

dierum ac noctium, hyemis & veris, aestatis, ac autummi, moderaturque, procreat, ac fouet, haec omnia inferiora. Ex his omnibus, si plene vt par erat, explicarentur, luce clarius futurum erat, non minus omnia, quae tam in magno, quam paruo mundo cernimus, fieri atque esse propter finem.

De his igitur omnibus, quae proposita sunt, dici potuissent multo plura ad maiorem illam propositionem confirmandam, quae tamen consulto omitimus, ne Philosophum potius, aut astrologum, medicumve, quam Theologum agere videamur: maxime cum praeter Galenum de vsu partium, aliisque in locis, Aristotelem de natura, partibus, ac generatione animalium, aliisque medicis, anatomicisque artis autores, Tullius de natura Deorum, alique hoc onere nos aut omnino, aut magna ex parte liberarint. Quod etiam postulabat studium breuitatis, quam in hoc opere sequi desideramus. Accedamus ergo ad probationem minoris propositionis.

Datur causa agens per intellectum, à qua omnia in suos fines diriguntur.

Prima pars minoris erat. Ea quae in maiori propositione continentur, esse non posse, nisi detur aliqua causa agens per intellectum & voluntatem, à qua, tum res, quae cognitione aut ratione carent, tum etiam quae intellectu praeditae sunt, quo ad potentias & operationes, quae facultati liberi arbitrii non subiacent, ea ratione in fines suos dirigantur, quod ab ea esse & vires ad operandum accipiant. Haec probatur, quoniam tam ea, quae nec finem cognoscunt, nec ordinem mediorum ad finem, quam ea, quae licet illum possint cognoscere, habent tamen operationes, quae non subiacent directioni intellectus, ac liberi arbitrii proprii, qualia sunt ea omnia, quae enumerata sunt, agere nequeunt propter finem, nisi ex directione, & praedestinatione causae agentis per intellectum, & voluntatem, quae ad id contulerit illis naturas & potentias: si ergo eiusmodi res omnes sunt, atque operantur propter finem, fit vt id esse nequeat, nisi detur causa agens per intellectum & voluntatem, à qua ea ratione in suos fines dirigantur, quod ab ea esse, ac vires ad suas funciones obeundas acceperint.

Occurritur cuidam responsioni. Agere propter finem quid.

Quod si quis dicat, responderi posse, omnia tendere in suos fines, eò quod à suis propriis formis ac naturis ad eos inclinatur, neque opus esse causa extrinseca operante per intellectum & voluntatem, à qua in suos fines dirigantur & ordinentur, si quis, inquam, id dicat, in primis animaduertat, id non esse agere propter finem, sed esse tendere in aliquid non sub ratione finis: finis namque non est nisi comparatione causa, quae ipsum finem per intellectum & voluntatem, intendit, mediūque aliquid illius gratia ordinar. Philosophi autem naturales, & inter alios Aristoteles 2. Physicorum, ex ordinatissimis actionibus rerum omnium naturalium, atque ex accommodatione quam maxima eorum omnium quae producebantur ad varios fines, intellexerunt, atque asseruerunt, opus naturae esse opus intelligentiae, quasi à causa aliqua operante per intellectum & voluntatem res omnes naturales haberent esse, & facultates, quibus in suos fines dirigerentur, eaque ratione asseruerunt, naturam agere propter finem. Deinde si ordo, & accommodatio ad finem in vna re aut paucis tantum cerneretur, posset verisimilitudine aliqua affirmari, accidisse vt tales res ex sese ita essent inclinatae, eaque ratione ordinatè tenderent ad ea ad quae inclinantur, vt videatur esse & agere propter finem: at cum videamus id non vtrūque, sed quam maxime splendere in toto vniuerso, & in singulis partibus, etiam minutissimis illius, quis sibi poterit persuadere tam multas, ac tam varias naturas

A casu esse ex sese ita inclinatas, vt videantur esse & agere propter finem, & non potius à superiori aliqua causa cognitione praedita, quae tam accommodatè ad varios fines, atque ad finem totius vniuersi illis esse contulerit: Atque vt è multis vnum proferramus exemplum. Quis sibi persuadeat, cum in vnoquoque hemisphaerio vnica sit stella polaris, aut potius vnum tantum punctum fixum, quo veluti cardine primum mobile conuertatur, casu euenisse, vt vis illa mirabilis, quae est in magnete, ferrum ita afficeret, vt vnum illud punctum inter alia innumera bilia directò quaeratur, & indicet in toto hemisphaerio, imò si ferrum perfricetur versus vnā partem magnetis, faciat illud quaerere septentrionem, si verò perfricetur versus contrariam partem, faciat illud quaerere austrum, & non potius de industria ab autore aliquo totius vniuersi id esse factum, propterea quod cognitio illius, eò quod semper immotum permaneret, necessaria esset, tum ad nauigandum, tum etiam ad alios vsus.

Mirabilia vniuersi magnitudinis.

Fatemur quidem res omnes naturales à suis formis ac naturis inclinatas esse ad suos fines, & ad finem totius vniuersi, at quod contendimus est, non potuisse tot res à suis naturis esse ita accommodatè inclinatas, nisi à causa aliqua superiori: communiquae autore totius vniuersi, per intellectum operante eas ad eos fines acceperint. Omnia namque suo ordine, dispositione, ac accommodatione proclamare videntur, ipse fecit nos, & non ipsa nos.

Psal. 95. Causa datur supra totum vniuersum potentissima, sapientissima, ubique praesens, corporis expert, quae ex se habet esse, & à qua totum vniuersum conditum est, & regitur.

Secunda pars minoris habebat. Illa eadem, quae maior propositio continebat, esse non posse, nisi daretur causa supra totum vniuersum, quae potentissima, & sapientissima esset, & ubique praesens, atque adeo corporis expert, quae ex se haberet esse, & à qua totum vniuersum conditum esset, regeretur, & gubernaretur, quam Deum appellamus. Haec probatur, quoniam talis causa neque esse potuit aliquid inferiorum corporum, eò quod, praeter hominem, nullum intellectu polleat, & homo id praestare non poterit: neque item potuit esse aliquid caelestium corporum, tum quod iuxta veriore sententiam, nullum sit intellectu praeditum, tum vel maxime quoniam, vt rationibus praecedentibus demonstratum est, neque omnia simul sumpta gignere poterit hominem, aut aliud animal perfectum, nedum de nihilo illa producere. Imò potentissimum eorum, nempe sol, non solum sine influxu, & auxilio ceterorum, sed etiam sine pluuia, & aliis causis inferioribus, producere non valet segetes, & moderari haec inferiora, nedum de nihilo tam illa, quam superiora producere, vt tandem ordo ac dispositio admirabilis totius vniuersi, accommodationeque tantarum rerum omnium ad suos fines ab ipso proficisci possit. Nequis enim intendens in caelum, vidensque solem, lunam, ac caetera astra, quae in ministerium cunctis gentibus condidit Deus, errore deceptus crederet aliquid eorum, aut corporum caelestium, primam ac supremam esse causam, ita Deus vim agendi illis distribuit, eaque disposuit, atque à se inuicem ad effectuum productionem, inferiorumque moderationem dependentia effinxit, vt nullus, qui rem attentè consideraret, suspicari posset, aliquid eorum esse primam causam, sed facillè intelligeret, aliud quippiam esse nobilitate ea omnia longe excellens, à quo cuncta haberent esse, atque in suos fines tam accommodatè dirigerentur, vt vnitas, atque ordo totius vniuersi aperte testantur. Quod autem ea causa corporis debeat esse expert, atque ubique praesens, haberetque debeat esse ex se, demonstratum est 1. & 3. ratione superioribus.

Solem & caetera astra ita Deus disposuit in hoc vniuerso, atque à se inuicem dependentia fecit, vt nullus, qui rem attentè consideraret, suspicari posset aliquid eorum Deum esse.

Fabrica

Fabrica vniuersi tam aperte Deum esse demon-
strat, vt merito regius Propheta insipientem eum
appellauerit, qui in corde suo dixit, non est Deus. Vnde
Tullius secundo de natura Deorum: *Quid*, inquit,
potest esse tam apertum, tamque perspicuum, cum caelum
suscepimus, caelestiaque contemplati sumus, quam ali-
quod esse numen praestantissime mentis, quo haec regan-
tur. Et in libro de diuinatione, *Esse*, inquit, praestantem
aliquam, aeternamque naturam, & eam suscipiendam,
adorandamque hominum generi, & pulchritudine mundi,
adorandamque hominum generi, & pulchritudine mundi,
ordisque rerum caelestium cogit confiteri. Et Lactantius,
Nemo, inquit, tam rudis vniquam fuit, tamque feris
moribus, quin oculos suos in caelum tollens, aliquam Dei
providentiam intelligat ex ipsa rerum magnitudine, me-
tu, dispositione, constantia, utilitate & pulchritudine.
Plato praeterea in Timaeo, mundum à Deo factum
esse asseruit propter hominem, tanquam eius do-
micilium, rerumque multitudinem in eo repertam,
in victum, vestitum, aliisque subsidia vitae homini à
Deo esse collata.

Neque illud mouere quempiam debet, quod tot
aduersa in hoc modo experiamur, quod tot calami-
tariis & arumnis sumus expositi, quod denique
laeta & prospera omnia, non solum fluxa & caduca,
sed & ita affecta sint, vt si quis pulchritudini, iu-
cunditati, ac dulcedini eorum inherere velit, quasi
sel omnibus infusum reperiat, omniaque tandem
cum sapientissimo Salomone (qui eorum affluentia
maxima potitus est) non aliud, quam *vanitatem & af-
flictionem spiritus conperiat*. Id namque non sine
magno consilio ab autore ipso naturae propter duo
inter alia, de industria factum est.

Quam enim vitam huius saeculi intulerit, non in
requiem ac praemium, sed vt ad breue tempus homi-
nibus esset in certamen, ac meritum ad aeternam,
ira vniuersum hoc sua providentia disposuit, vt ex
illius pulchritudine, ordine, iucunditate, ac perfe-
ctione rerum, quibus constat, facillè homines vale-
rent allurgere in cognitionem magnitudinis, perfe-
ctionis, bonitatis, sapientiae, dulcedinis, ac suauitatis
illius principij, à quo veluti è fonte omnia emana-
runt, & quo homines in praemium suorum merito-
rum post huius saeculi vitam potipi deberent, si-
milique excitarentur in laudem, cultum, amorem,
ac obsequium conditoris, tantumque praemium ar-
dentius promereri contenderent, & nihilominus, si
posthabito sine, & praemio ad quod conditi sunt,
plus iusto contra Dei voluntatem rebus creatis in-
herere, locumque certaminis, peregrinationis, la-
boris, ac meriti pro vera patria ac quietis loco ha-
bere vellent, omnia vana, caduca, afflictionis, atque
amaritudinis plena inuenirent. Ecce vnum Dei
consilium, cur ita res disposuerit in hoc vniuerso.

Vt verò alterum intelligas, memento, Dum in statu
illo felicissimo, in quo primos parentes condidit, ita
illos aduersus omnia, qua nocumentum, molestiamve
afferre possent, supra id quod natura rerum postula-
bat, donis iustitiae originalis communijisse, vt nihil
ipsis, neque ipsorum posteris nocere, aut aduersari
valeret. In poenam ergo delictorum, si sua culpa ab
statu illo felicissimo deciderent, ita natura rerum
Deus alto consilio, ac recondita providentia iustis-
sime in hoc vniuerso disposuit, vt ab eis deinceps, &
molestiam acciperent, & variis huius vitae arumnis
obnoxij remanerent. Quae tamen omnia ad ago-
nem, & cumulatus meritum per gratiam Christi
hominibus cedunt, vt 3. parte q. 1. latius exponimus.

Ex quatuor rationibus propositis, si paucissima
addamus, manifestissima sunt, quae sequuntur. Esse
substantiam quandam totius vniuersi ex nihilo &

A festrictem qua proinde omnia in se eminenter con-
tineat, quam Deum appellamus, esseque corporis ex-
pertem, vbique per essentiam praesentem, ex se, &
non ab alio habentem esse, ac proinde sempiternam,
qua neque incipere poterit, neque possit desinere,
fontem & originem omnium rerum, atque adeo ens
perfectum, ac bonum per essentiam, alia verò per par-
ticipationem illius, sapietem, ac libero arbitrio praedi-
tatum: tum quod liberum arbitrium hominibus con-
tulerit, quod esse non potuit, nisi etiam liberum arbi-
trium haberet, vt ratione secunda ostensum est: tum
etiam, quod ordo vniuersi, vires, & partes singu-
lorum, tam accommodatè ad suos fines constituta,
aperte ostendunt, voluntatem prima causa fuisse,
qua res pro suo arbitratu tam aptè disposuerit, &
non quasi ex necessitate naturae potentiam Dei ad
hos, vel ad illos effectus, & ad hunc, vel ad illum or-
dinem rerum fuisse determinatam, sed liberè, quan-
do, quo ordine, ac modo voluerit, effecisse. Quis
enim dubitet, eum qui de nihilo tam appositè, &
talibus medijs ad suos fines vniuersum hoc fabri-
cauit, potuisse eadem potentia alia media, vel ad
eosdem fines, vel ad alios efficere, atque ordinare?

C Quis etiam non videat, primam causam, per quam
potentiam de nihilo produxit huc mundum, potuisse
& posse producere alios similes: cum experientia
ipsa testetur, causas secundas per virtutes à prima
acceptas, qua facultate vnum numero effectum
producunt, producere etiam posse alios, atque alios
in infinitum. Quare ex dictis etiam constat, Deum
non solum ea ratione omnipotentem esse, quod
fons & origo sit eorum omnium, quae sunt, nihilque
esse possit, quod ab eo tamquam à primo principio
non emanet: sed etiam ex eo quod potentiam ha-
beat ad efficiendum pro arbitrio sua voluntatis
quicquid ex rei natura esse non repugnat: ita quod
non solum ab hominibus, aut angelis, sed neque ab
ipso Deo cogitari possit aliquid, quod habeat ratio-
nem rei, quae quantum est ex se, esse possit, si poten-
tia daretur efficax ad illud producendum, quod
Deus non valeat producere. Atque hoc est quod An-
gelus Lucae 1. Beatissima virgini Mariae dixit: *Ne-
erit impossibile apud Deum omne verbum*: hoc est, om-
ne quod quoquomodo concipi potest secundum
rationem rei quae de se sit possibilis. Ex his vterius
constat, Deum esse infinite atque illimitate entita-
tis, perfectionis, bonitatis, sapientiae atque potentiae:
id quod modus etiam praecedenti res de nihilo sua-
det, vt quaest. 7. videbimus. Simul etiam manifestum
est, cetera quoque attributa diuina infinita esse at-
que illimitata.

D Haec in lucem & fundamentum eorum, quae de
attributis diuinis disputanda sunt in sequentibus,
dicta sint hoc loco. Ex quibus constat, merito Pau-
lino ad Romanos 1. dixisse, *Quod notum* (id est, lu-
mine naturali vestigabile & cognoscibile) est Dei,
manifestum est in illis (philosophis scilicet) *Deum enim
illis manifestauit*: subiungitque modum dicens, *In-
uisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea quae facta
sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius
virtus & diuinitas*. Quem locum homilia 9. ad po-
pulum Antiochenum Chrysostomus enarrans ait,
*Ante omnium oculos creaturam in medio proposuit, vt
ex operibus creatorem coniciant*. Coniungens verò
cum illo enarrationem illius alterius loci ex Psal-
mo 18. *Caeli enarrant gloriam Dei, &c* ita ait: *Quomo-
do enarrant, dic mihi: vocem non habent, os non possident,
illis non est lingua, quomodo igitur narrant? Per ipsum
aspectum. Cum enim videris pulchritudinem, magnius-
dinem, celsitudinem, suam formam, per tantum corporis*

E

is colligitur
Dei esse, col-
ligunturque
ac demonstra-
tur varia
illius attri-
buta.

Demonstra-
tur esse in
Deo liberum
arbitrium?

Deum pro-
ducere posse
plures mundos
demonstratur.
Deum esse
omnipotentem
demonstratur.

Deum infini-
tate entita-
tis, perfectio-
nis, bonitatis,
sapientiae &
potentiae.

per

Fabrica vni-
uersi tam aper-
te Deum esse
demonstrat,
vt merito
regius propheta
insipientem eum
appellauerit,
qui in corde suo
dixit, non est
Deus. Vnde
Tullius secundo
de natura Deorum:
Quid, inquit,
potest esse tam
apertum, tamque
perspicuum, cum
caelum suscepimus,
caelestiaque
contemplati sumus,
quam aliquod
esse numen
praestantissime
mentis, quo haec
regantur. Et in
libro de diuinatione,
Esse, inquit,
praestantem
aliquam, aeternam
que naturam, &
eam suscipiendam,
adorandamque
hominum generi,
& pulchritudine
mundi, adorandam
que hominum
generi, & pulchritudine
mundi, ordisque
rerum caelestium
cogit confiteri.
Et Lactantius,
Nemo, inquit,
tam rudis vniquam
fuit, tamque feris
moribus, quin
oculos suos in
caelum tollens,
aliquam Dei
providentiam
intelligat ex
ipsa rerum
magnitudine,
metu, dispositio-
ne, constantia,
utilitate & pulchritudine.
Plato praeterea
in Timaeo, mun-
dum à Deo factum
esse asseruit pro-
pter hominem,
tanquam eius do-
micilium, rerum-
que multitudinem
in eo repertam,
in victum, vesti-
tum, aliisque
subsidia vitae
homini à Deo
esse collata.

Car in mun-
do miseria
atq; arumna.

Eccl. 1.

Primum Dei
consilium circa
humanam vir-
tae laborem.

Secundum
Dei consilium.

Ex quatuor
rationibus
propositis,
si paucis-
sima addi-

perire, tamquam vocem audiens, & ad aspectum discens, adores eum, qui tam pulchrum & admirabile corpus creavit: tacet galum, sed ipsius aspectus vocem rubâ clariorem emittit, per oculos, non per aures nos docens: hic enim sensus à natura est illo certior & manifestior: si enim per libros docisset & literas, linguarum quidem peritus scripsit didicisset: nesciens verò, nihil indo aditus abisset, si quis alius non dixisset. Et dives quidem librum emisisset: pauper autē emere non potuisset. Rursum: Vocem quidem illa per literas significatam sciens intus positus nosset: Scythia verò, Barbarus, & Indus, & Aegyptius, & omnes lingua carentes illa, nihil doceri abisset. Hoc autem de celo discere datur, sed Scythia, & Barbarus, & Indus, & Aegyptius, & omnis homo per terram vadens, hanc vocem audiet: non enim per aures, sed per oculos in mentem incidit nostram. Visibilius autem participatio eadem, neque differens, sicut linguarum. In hunc pariter librum & idiota, & sapiens inuiri poterunt: & pauper, & dives, & quocumque quis venerit, in celum respiciens, sufficientem accipiet doctrinam ex aspectu: quod quidem & ipse propheta innuens, quod vocem creatura barbaria emittit, & Grecis & omnibus uniuersaliter hominibus sic intelligi facilem, dicebat: Non sunt loquela, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum: hoc est, non est genus, neque lingua, quae hanc vocem intelligere non possit. Haec tenus Chrylasmus.

Triplicis via cognoscendi Deum naturaliter explicatur. Prima casualitatis.

Illud vltimò addiderim, triplicem tradi viam cognoscendi Deum naturaliter ex B. Dionysio. Prima, atque fundamentum aliarum appellatur causalitatis: cum videlicet ab ipsis rebus naturalibus ad primam causam effectricem cognoscendo progredimur. Haec via licet cognoscatur praedicata quaedam propria Dei, comparatione tamen creaturarum ei conueniunt, aut certe admixtam habent aliquam negationem, ratione cuius intelliguntur soli Deo conuenire, qualia sunt, esse primam causam, esse creatorem sempiternum, & similia. Quare nullum hac via praedicatum merè posituum & absolutum de Deo concipimus: quò fit, vt hac via quidditatiuè Deum minimè cognoscamus.

Secunda eminentia.

Secunda via appellatur eminentiae. Etenim cum via causalitatis ostendatur, Deum esse causam primam omnium rerum, omniaque ab eo tamquam è fonte, & prima causa æquiuoca efficiente emanasse, liquidò constar, creatura omnia in eo esse altiori quodam modo, quàm in se ipsis. Cum item via causalitatis ostendatur, Deum habere essentiam, & potentiam infinitam, ac illimitatam, dubium non est, Deum esse, ac proinde, illud esse, quod creatura in eo habent, in infinitum distare à rebus creatis, & ob eam causam creatura esse non posse perfectam Dei similitudinem, sed imperfectam valde, quasi vestigium perfectionis, & ab esse diuino multum deficiens, vt Dionysius de celesti Hierarchia c. 2. & aliis in locis affirmat. Si ergo ante oculos constituamus magnitudinem, multitudinem, pulchritudinem, perfectionem, atque ordinem rerum omnium, quae à Deo emanarunt, simulque facultates ac vires earum, indeque mentem ad eminentiam causae vnde prodierunt, attollamus, pariterque attendamus, nihil limitatum, quod in rebus creatis conspiciamus, posse Deo conuenire, sed ea, quae perfectioni finitae & infinitae atque illimitatae communia sunt, non solum in admirationem magnitudinis, perfectionis diuinæ, attributorumque diuinorum rapiemur, sed etiam comperiemus, ea tantum praedicata realia absoluta (id est, non significantia respectum ad creaturas) esse attributa diuina, in eo formaliter existentia, quae perfectioni finitae & infinitae atque illimitatae com-

Creata esse negantur perfecta Dei similitudo, sed imperfecta. An valde & quasi vestigium.

Attributa diuina proprie loquendo qua.

munia sunt, qualia sunt entitas, substantia, sapientia, bonitas, intellectus, voluntas, &c. Quorum quaedam, vt interna & quidditatiua Deo concipiuntur: cuius modi est ens, essentia, substantia, & spiritus: quaedam verò vt affectiones Dei atque essentiae, quae proinde peculiari ratione attributa Dei & essentiae dicuntur: huius generis sunt intellectus, voluntas, sapientia, bonitas, &c. Cum verò haec à nobis concipi non possint in hac vita, quemadmodum realem quem habent in Deo, eò quòd illum res creatae, vt pote ab illo infinite distantes, non possint ostendere: fit, vt neque via eminentiae conceptum absolutum realem proprium Deo, in quo nihil negationis admisceatur, formare possimus in hac vita, sed solum praedicata communia Deo & creaturis: atque adeò fit, vt neque Deum in hac vita quidditatiuè, quoad propria ipsius praedicata, cognoscere valeamus.

Eorum quaedam vt interna essentia concipiuntur, alia vt Dei affectiones.

De deo conceptum absolutum realem proprium formare in hac vita non possumus.

Tertia via remotionis.

Tertia via dici solet remotionis, cum videlicet praedicata realia & absoluta, quae Deo & creaturis communia sunt, ad Deum coarctamus adiunctione alicuius negationis, qua omnem creaturarum imperfectionem à Deo remouemus. Hoc pacto mente concipimus Deum, ens quoddam atque substantiam infinitam, illimitatam, simplicem omnino, omnipotentem, incomprehensibilem: concipimus etiam eum, sapientiam infinitam, bonum per essentiam, id est, non per participationem ab alio, &c. At licet hac via praedicata Deo propria concipiamus, non tamen concipimus praedicata incomplexa, sed complexa, potiusque cognoscimus de Deo quid non sit, quàm quid sit, vt Dionysius tum c. 2. de celesti hierarchia, tum alibi, & Damascenus i. libro fidei orthodoxae cap. 4. aliique Patres atque scholastici Doctores affirmant. Verba Dionysij haec sunt. Nonnumquam dissimilibus interpretationibus, quae negant, ab eisdem Scripturis laudibus diuina essentia ornatur. Vt cum eam, vt ita dicam, inuisibilem dicunt, immensam, atque incomprehensibilem: quae quidem non quid sit, sed quid non sit significant. Hoc enim mea quidem sententia magis proprie in ea dicitur, &c.

QVÆSTIO III.

De Dei simplicitate.

DEMONSTRATVM est quaestione praecedente, Deum esse. Quoniam verò in hac vita cognoscere non possumus de Deo quid sit, sed potius quid non sit, remouendo ab eo imperfectiones creaturarum, vt ad finem quaestiones praecedentes ostensum est: id praestat D. Thomas quaestionibus sequentibus. Hac ergo 3. q. ostendit, Deum esse simplicem omnino, id est, carere omni genere compositionis.

Ordo quaestionis inuis ad praecedentes, & sequentes.

ARTICVLVS I.

Verum Deus sit corpus.

FERTVLIANVS, vt Augustinus de haeresibus, haeresi 86. refert, in eo fuit errore, vt diceret, Deum esse corpus. Eum tamen nititur ibi excusare Augustinus, quod forte in eo sensu intellexerit esse corpus, quòd non sit nihil, sed substantia indiuisibilis, vbique praesens. Haeretici Vadiani nuncupati, asseruerunt, Deum esse corpus cum membris & effigie instar hominis, vt Augustinus ibidem haeresi 50. refert. Qui ob eam causam Anthropomorphae dicti sunt.

Error eorum qui Deum esse corpus asseruerunt.

Contraia